Siquidem inter homines ambulans et vbiqꝫ ver-
bum dei ſeminans multa miracula que niſi a deo fi-
eri non potuerunt fecit: cecis viſum/ſurdis auditum
reſtituit. demones fugauit: lepꝛoſos mundauit: bꝛe-
uiter omnes ſanauit/ꝛ tot miracula fecit que vix ſcri
bi poſſunt. Orantibus peccata indulſit. Ubiqꝫ p̄di-
cabat. Parabolas myſticas ꝓponebat: in quarum
vna paſtoꝛem ſe dixit ad ouem perditam reducēdaꝫ
adueniſſe. Nota hic et attende quomodo frequent̄
ſequebatur xp̄m multitudo maxima/nō nunq̄ꝫ qua
tuoꝛ milia vel quinqꝫ milia etiam vſqꝫ ad heremum.
Sequere et tu et eſto circa Jeſum vt verba eius au
dias: faciem xp̄i et apoſtoloꝝ inſpicias et colloquia
et miracula videas. ¶ Uolens autem hoſtiam of-
ferre propter quam venerat vt ſe agnum verum pa
ſchalem oſtenderet: quinta die ante paſcha allatū a
diſcipulis aſelluꝫ celi terreqꝫ dominus aſcendit: ma
gnoqꝫ triumpho ꝛ laudum p̄coniis pueris hebꝛe-
oꝛum clamantibus oſanna in excelſis hieruſalem ſā
ctam ingreditur. Nota aſinationis regis xp̄i humi-
litateꝫ: quomodo ſedet/quomodo ē oꝛnatus/ qualē
habuit regiam familiam. ¶ Cerne Jeſum hieruſalem
cum appꝛopinquaret et videret lachꝛymantem et de
flentem. magis autem animam peccatricem.

De cena dn̄i. ¶ Ca. xxxj.

Cum autem iam tempus patiendi eius
inſtaret/ ipſe qui ſuos ſemper dilexerat
vſqꝫ in finem dilexit eos. Siquidem
tranſitur⁹ ex hoc mūdo cenā fecit magnā

mirabilē plenā myſterijs et grauidā ſacramētis / ad quā inuitauit apl'os. Deſiderio inquit deſideraui h' paſcha māducare vobiſcū. In qua cena multa mirabilia fecit: imo mirabiliū oīm ſuoꝝ qͦdā memoriale et cōpendiū inſtituit / dans eſcā timentib⁹ ſe ī memoriā mirabiliū ſuoꝝ. Hoc inquiens facite in meaꝫ cōmemoratiōꝫ. Hiero. Hāc vltimā nobis memoriam reliquit: quēadmodū ſi quis ꝑegre ꝓficiſcēs aliqͦd pignus ei quē diligit relinquat: vt quotienſcūqꝫ viderit poſſit eius beneficia et amicitias cōmemorari quē: ſi ille perfecte dilexit ſine ingenti deſiderio vel fletu illud videre nō pōt. Jōcꝫ ſaluator hoc tradidit ſacramentū vt ſēp cōmemoremur / qꝛ ꝓ nobis mortuus ē. Hoc igit̃ cuꝫ accipimus a ſacerdotibus cōmemoremur / qꝛ corpus ⁊ ſāguis xp̄i ē: vt nō ſim⁹ ingrati tantis beneficijs. ¶ Sūt aūt in hac cena mlta tibi / oī deuotione ⁊ reuerentia reuoluenda om̄iqꝫ pietate colenda. Meditare igit̃ quō in hac cena ipe dn̄s magn⁹ et laudabilis nimis / pedes diſcipuloꝝ et ſui traditoris lauit / inclinās ſe vſqꝫ ad terrā et p̄cingēs ſe linth eo: vt nos inſtrueret ſue humilitatis explo. Cogita modū quō xp̄s in hac lotione ſe habuit exteri⁹ ⁊ īteri⁹ / qꝛ exteri⁹ humilime ⁊ diligentiſſime lauit. Interius ſūma humilitate et deuotione opus ſuū ꝑfecit. Reſpice pijſſimū mgr̄m et dn̄m ſedenteꝫ ad menſā vnā et comedentē ex ſcutella vna cū diſcipulis. Cogita qꝫ abundāter xp̄s in hac cena refecit diſcipuloꝝ corda infundens doctrinarū fluenta. Deniqꝫ ſermonē ipis fecit ſingulis verbis ignitis quaſi amoris facib⁹ ſcintillantē / quē Johānes euāgeliſta

ceteris acutius videns et altius volans ſolus copio ſe deſcripſit. Cogita qualiter agnū typicū comedit et tibi quō verū agnū et eucharistie ſacramentū mādu care debeas figurauit. Sed ſuper hec omnia mē talibus oculis et deuotiſſimis deſiderijs ſēp recogi tare et ad cor tuū reducere debes ipm excellētiſſimū ſacramentorum quod ibi inſtituit. mirare christi largiſ ſimam munificentiam et huius ſacramenti pfundiſ ſimam dignitatem. At dum huius digniſſimi ſa cramēti facis memoriam: in mentē tibi veniant om nia que christus p te geſſit in carne. Hoc enī eſt qd̄ ait. Hec quotienſcūqꝫ feceritis in mei memoriam fa cite / eorū ſcilicet que p te geſſi in carne: qꝛ propter te homo ſum factus: ppter te amariſſime et multa paſſus: ppter te tandem crucifixus. Verum quia tibi p tot arduas et difficiles aſcenſiones gradiēti ad huc multa reſtat via et magnus aſcenſus. hic cibus eſt ſumme neceſſarius in hac via qua gradiaris. Unde et nomen ſumpſit: vt viaticū appelletur. Bern ardus: Corpus christi egrotis eſt medicina: peregri nantibus dieta: debiles confortat: valentes delectat lāguorem ſanat: ſanitatem ſeruat: fit homo manſue tior ad correptionem: patiētior. ad laborem: ardenti or ad amorem: ſagacior ad cautelam: ad obediendū pmptior: ad gratiarū actionem deuotior. Ideo ne ceſſe eſt tibi vt frequenter te ad ſacrā huius ſacramē ti prepares communionem. Nam ſicut hic ci bus bene et digne ſuſceptus magnam et multam confert anime gratiam: ita male diſpoſitis maiorem infert culpam. et mortem non ſui culpa: ſed vitio re-

cipientis. Sunt enī frequenter effectus ſacramēto-
rum ſm diſpoſitiōem accipientium vt ad bonuʒ vl'
ad malum cooꝑent. Ut aūt ipm digne poſſis ſuſci-
pere in tribus te debes exercere ad huius ſacramen
ti dignā ſuſceptiōem requiſitis: que ſūt corꝑalis mū
ditia: puritas conſcientie: et deuotio actualis. Cor-
poralis mundicia: interdū ē de congruo: interdū vo
ē neceſſario requiſita ſm q corporalis immūditia ē
diuerſa. et ſm q habet variā cauſā et originē. Puri
tas autē conſcientie ipa ē tibi ꝓcipue et ante oīa
neceſſaria. Ideoqʒ ante reuerendi hui⁹ ſacramēti ſū
ptionē maxime debes teipm ſm primā et ſcdam ex-
aminationē diſcutere mō ſupi⁹ poſito/et ſic ad cōtri
tionem exercere et ad cōpunctionē inflāmare/ vt ſcʒ
doleas de peccatis cōmiſſis/corde/ore/et oꝑe/et in-
ſuꝑ de his que facere omiſiſti. Ac deinde eo mō quo
dictū eſt accede confeſſorē ⁊ confitere peccata tua ꝓ
cipue grauiora: ſ ⁊ poteris confiteri peccata tua no
tabilia cōmunia et ignorata. Tertio debes te exerce
re ad actualē deuotionē que videt in duob⁹ conſiſte
re vt ad ſumptionē huius ſacramenti ſcʒ timorem ⁊
reuerentiam habeas: atqʒ inſuꝑ actuali amore vnio
nis ad xp̄m et deſiderio mouearis. Igit tibi timor ī-
ducat reuerentiā adducens internis obtutib⁹ huiuſ
ſacramenti ꝓfundiſſimā dignitatē et digniſſimam ⁊
metuendam ꝓfunditatē. Itaqʒ vt reuerentiā huius
ſacramenti et dignitatem intelligas et non inſenſibi
lis ſine timore accedas: diligenter aduerte quis eſt
quem ſumis/quis ſis qui ſumis. Sumis enī eū quē
Johannes baptiſta tangere tremeſcit: quem Petr⁹

apoſtolorꝝ princeps a ſe expulit ꝑ formidine ei non audens propinquare dicēs. Exi a me domine quia homo peccator ſum. Ipm quē ſumpturus accedis adorant dñationes: tremunt poteſtates. Ipſe iſte quem ſumis erit iudex tuus et eius tribunali iudicandus aſtabis. Ipſe eſt in cuius manus anima tua hic egreſſa deueniet ab eo prout meruit receptura. Vide igitur quāta reuerentia debeas accedere. Attēde ꝙ nihil tantū deū offendit quantū temeritas pſumptuoſa et irreuerentia inuerecunda. Cogita deinde tu quis es. Certe homo tepidus/negligens / vitioſ⁹ Reduc ad memoriam qualis ſis ex tribus examinationibus premiſſis. Cogita deinde ꝙ ꝗbuis mille annis te preparaueris/nullatenus ſufficeres ad cōdignaꝫ ſacramenti huius ſumptionem: etiam ſi omnium ſanctorum meritis gauderes/et angelorum et hominum puritate floreres. Quomodo igitur audes accedere ſine timore/ ſine reuerentia: qui vix ad modicum tempus te in corde diſponis preparare. Time ne dicatur: Ecce tradentis manus /mecum ē in menſa: ſi videlicet ſm Bernardū ſuſceptum chriſtum tradis vitijs ſuperbie: inuidie: ⁊ ſic d̄ ſingulis. Time indigne ſuſcipere ne iudicium tibi manduces et bibas. Non tamen ſit hic timor tantus vt deſiderium penitus excludat et deuotionem tollat. Nam panis iſte: ſm Augustinum: querit eſuriem hominis interioris. Vn̄ neceſſe eſt te etiā habere deſideriū et amorē. Multis aūt modis poterꝭ deſideriū tuū inflāmare erga hui⁹ reuerendi ſacramēti ſūptiōem.

Nõnunq̄ꝫ debet affectũ tuũ inflãmare amoꝛ vnio/
nis chꝛiſti/vt chꝛiſtũ ad te ſepius venientẽ mẽtis af
fectu et intimo poſſis coꝛdis tui deſiderio ãplexari.
Nõnũq̄ꝫ vero trahere debet affectũ tuũ ſanitatis in
terne deſideriũ: vt cũ te vides cõcupiſcẽtijs et paſſi/
onib⁹ plenũ ⁊ teipm̃ in te deficientẽ et ꝑficere ñ valẽ
tem tãq̄ꝫ medicũ pijſſimũ ad te introducas dñm Je
ſum: cui⁹ nomen dicit̃ Jeſus. id ẽ ſaluatoꝛ. Nõnũq̄ꝫ
debet accendere deſideriũ tuũ cõſcientia delictoꝝ.
Cum enĩ ſẽtis te grauibus peccatis deũ offendiſſe:
atq̄ꝫ legis chꝛiſtũ hoc ſacramentũ in remiſſionẽ pec/
catoꝝ inſtituiſſe: nõ eſt mirũ ſi ad ipſi⁹ inflãmaris ſuſ
ceptionẽ. Jtẽ debet trahere affectũ tuũ amoꝛ et cõ/
paſſio ꝓximoꝝ: vt ſcꝫ ꝑ hanc hoſtiã poſſis ſuccurre/
re viuis et defũctis: et ſic de multis ſimilib⁹. ¶ Pro
maioꝛi aũt deſiderio tuo inflãmando: et exercitan/
do potes diligẽter ex vita chꝛiſti reuoluere: quõ ipe
doloꝛes ⁊ infirmitates omniũ deſiderantiũ: adoꝛan
tiũ: et in ſe credentiũ tulit/⁊ infirmitates omniũ ipſe
poꝛtauit. Siquidẽ mulier accedens retro et humili
ter: ſed et cũ fiducia: tangens ei⁹ fimbꝛiã/eſt ſanata.
Peccatrix pedes eius oſculans eſt mũdata. Chana
nea dũ impoꝛtune ſequit̃ exaudita eſt. Lepꝛoſi acce/
dentes curati ſunt. Demoniaci: paralitici: et cuncta
nature monſtra dum accedũt et credũt ſalutem cõſe
quũtur. Nã virtus de illo exibat et ſanabat om̃es.
Publicani et peccatoꝛes accedẽtes veniam ꝓmerẽ
tur/nec eoꝛum cõuiuiũ deſpexit. Jgitur cum feceris
quod in te eſt/cũ reuerentia et timoꝛe/ cuꝫ deſiderio
pariter et amoꝛe accede/ ſperans de infinita dei pie

tate. Cum etiā ad huius ſacramēti ſumptionez diſ-
poſueris te: debes te in memoria paſſionis domini-
ce diligentius exercere. Inter p̄dictos autem duos
affectus/timoris ſcilicet et amoris fluctuat mens et
exercitiū deuotorum: et aliqui quidem magis ad
eius ſumptionē ardenti deſiderio anhelant ꝛ frequē
tius accedūt. Alij timore et reuerentia hui⁹ ſacramē
ti territi attendentes ſacramenti dignitatem et ꝓpri-
am vilitatem periculūq; indigne ſumentiū/magis
ſe retrahunt/et pre formidine ab eius ſūptione ſe cu
piunt elongari. Uerum vterq; effectus recōmendā-
dus eſt: et interdum ex deſiderio accedere: interdum
ex reuerentia dimittere laudabile eſt ꝓ loco et tēpo-
re opportunis. Et ſecūdū Auguſtinū: vniuſcuiuſq;
cōſcientie relinquendum eſt quod faciēdū videtur.
Unum tamen omnibus indubitanter ſecurū eſt: vt
ſcilicet nec ex reuerentia deſiderium et ſpem excluda
mus: nec rurſum ex ſpe et deſiderio relinquamus re
uerentiam et timorem: ſed inter vtrumq; affectū me
dij fluctuemus: aliquādo plus de vno habentes: ali
quādo plus de alio. Ait enī beatus Gregori⁹: Nihil
enī nob̄ ſecurius q̄ ſub ſpe ſemꝑ timere. Affect⁹ tn̄
amorꝰ abſolute loq̄ndo excellit. Sʒ qđ abſolute eſt
meli⁹ i caſu fit/ꝛ eſt multꝰ ꝑiculoſi⁹ magiſq; timēdū.

De paſſiōe dn̄ica ꝛ đ trib⁹ i quib⁹ hō de bet ſe exercere circa paſſiōʒ xp̄i. Ca. xxxij

Uadā ad mōtez mirrhe. Et tu hō deuote ſi mon
tē mirrhe. id ē amaritudinē penitētie ꝑ carnis
mortificationē vis arripe/ atq; ꝑ timorez et ſpem ad